



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XIX. Vt omnis poenitens, dum carenam suam ieuniat, de loco ad locum
non migret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ANNO
CHRISTI
1022.

tia, vt in aliquo capitali crimine inculpati pœnitentiam a sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maxime confisi, vt Romam euntibus apostolicus omnia sibi dimittat peccata; sancto visum est Concilio, vt talis indulgentia illis non profit, sed prius iuxta modum delicti pœnitentiam sibi datam a suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam, & literas ad apostolicum * ex iisdem rebus deferendas accipiant.

XIX.

Decretum est etiam in eodem Concilio, vt omnis pœnitens, dum carinam suam ieiunat, de loco in locum non migret: sed ibi permaneat vbi suam acceperit pœnitentiam, vt proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem ibi propter hostiles iniurias ieiunare non poterit, suus sacerdos eum confratrum suorum alicui, vbi pacifice possit ieiunare, diligentissime commendet.

XX.

In eodem quoque Concilio decretum est, vt nullus presbyterorum quemquam, nisi iussu episcopi, in ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

A P P E N D I X

CONCILII SALEGVNSTADIENSIS.

Quomodo initianda sit Synodus.

HORA conuenienti, quando episcopo vel eius vicario visum fuerit, omnes expellantur de ecclesia, obseratis foribus cunctis: ad vnam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent, & sella ponatur in medio,

Oo iij

Quæ sequuntur apud Burchardum inuenimus, ideoque ipsa obmittere nolimus.